



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CVII. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Rulo Liebenthal die kleine Heide
bei Neuenburg, am 20. Juni 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

CVII. Markgraf Ludwig d. R. verleiht dem Rulo Liebenthal die kleine Heide bei Neuenburg,
am 20. Juni 1353.

Noverint vniuersi etc., Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et presentibus conferimus strenuo viro Ruloni Leuendal, fideli nostro dilecto et ejus heredibus parvam mericam prope Nigenborg jacentem cum omnibus suis obvencionibus, venacionibus, aquis, paludibus et stagno in dicta merica sito, annona ejusdem merice in mellicidio ipsius merice duntaxat excepto, quam nostris vrbibus reservamus, perpetuis temporibus pacifice possidendam. Pro qua quidem collacione nobi Rulo in ducentis et L marcis denariorum levium excredit pro expensis. In cujus etc. presentibus Vchtenhagen, Valkenburg, Griffkow, Otto Ofth de Slivenn cum ceteris. Datum Konnisperg, Anno MCCCLIII, feria V^a. ante Johannis Baptiste.

Aus Dichtmann's Urk.-Sammlung des R. Geh. Staatsarchives fol. 255.

CVIII. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet auf Abschlag von Schulden dem Rulo Liebenthal die Bede des Dorfs Lindendusch, am 27. Juni 1353.

Nouerint — Quod nos Ludovicus Romanus etc. Contulimus et conferimus per presentes strenuo viro Ruloni Leuendal suisque ueris et legitimis heredibus precariam denariorum et frumenti carniisque ville nostro Lindendusch cum omnibus et singulis ad dictam precariam pertinentibus seruicio curruum duntaxat excluso, habendam, tollendam iusto quoque pignoris titulo tandiu pacifice possidendam, quousque prefato ruloni seu dictis suis heredibus de C et LXXXVII talentis denariorum levium pro quibus nobis ac familie nostre in terris nostris trans oderam morantibus vt sua nobis computacione lucide demonstrauit necessaria excredit et conquisiuit, nec non de XVI occisione cuiusdem equi nobis dati, de dicta precaria integre fuerit satisfactum et inde summa totaliter diete precarie sine qualibet contradictione libere reuertetur. In cuius etc. Presentibus Haffone de Vchtenhagen, Haffone de Wedel, Ottone de Sliwen, Trutenberg, milites cum ceteris. Datum noua Landesberg, Anno LIII^o., feria V^a post beati Joannis Baptiste.

Aus der Dichtmann'schen Urk.-Sammlung der Bresl. Univ.-Bibliothek.